



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum continentia sit virtus? 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

## 310 QVÆST. CLV. ART. I.

pessimo : dicit gloss. quod cum pecoribus miscebantur . Post hoc autem est vitium Sodomitum, cum ibi non serueretur debitus sexus . Post hoc autem est peccatum ex eo , quod non seruatur debitus modus concubendi . Magis autem si non sit debitum vas, quam si sit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus .

## QVÆST. CLV.

*De partibus potentialibus temperantia: & prima de continentia, in quatuor articulos divisa.*

P Ostea considerandum est de partibus potentialibus temperantiae .

¶ Et primo de continentia .

¶ Secundo, de clementia .

¶ Tertio, de modestia .

¶ Circa primum considerandum est de continentia, & incontinentia .

¶ Circa continentiam queruntur quatuor .

¶ Primo, vtrum continentia sit virtus ?

¶ Secundo, quæ sit materia eius .

¶ Tertio, quod sit eius subiectum ?

¶ Quarto, de comparatione eius ad temperantiam .

## ARTIC. I.

*Vtrum continentia sit virtus?*

A D primum sic proceditur . Videtur, quod continentia non sit virtus . Species enim non coniuiditur generi . Sed continentia coniuiditur virtuti: vt patet per Philos. \* in 7. Ethic. Ergo continentia non est virtus .

¶ 2 Præterea, Nullus utendo virtute peccat quid secundum Aug. in lib. ¶ de lib. arbit. virtus est qua nemo malè vtitur . Sed aliquis continendo peccare: puta si desideret aliquod bonum facere, & ad eo se contineat . Ergo continentia non est virtus .

¶ 3 Præterea, Nulla virtus retrahit hominem à licitis, sed solum ab illicitis . Sed continentia retrahit hominem à licitis . Dicit enim glos. ¶ Gal. 5. quod per continentiam aliquis se etiam à licitis abstinet .

Ergo

754  
12. q. 85  
a. 2. ad 2  
Et 3. q. 7.  
a. 2. ad 3  
et ver. q.  
14. ar. 4.  
cor. fin.  
¶ c. 9 et li.  
4. c. vls.  
10. 5.  
¶ c. 18. et  
19. 10. 4.  
¶ glo. interl. sup.  
illud: mo-  
destia, co-  
ntinentia,  
q. 6.

Ergo continentia non est virtus.

SED contra, Omnis habitus laudabilis videtur esse virtus. Sed continentia est huiusmodi. Dicit enim Andronicus quod continentia est habitus inuisitus à delectatione. Ergo continentia est virtus.

RESPONDEO dicendum, quod nomen continentiae dupliciter sumitur à diuersis. Quidam enim continentiam nominant, per quam aliquis ab omni delectatione venerea abstinet. Vnde & Apostolus ad Galat. 3. continentiam castitati coniungit. Et sic continentia perfecta principalis quidem est virginitas, secundaria vero viduitas. Vnde secundum hoc eadem ratio est de continentia, quæ de virginitate, quam supra diximus virtutem. Alij vero dicunt continentiam esse, per quam aliquis resistit concupiscentijs prauis, quæ in eo vehementes existunt. Et hoc modo accipit Philosophus continentiam in 7. Ethicor. \* Et hoc etiam modo accipitur continentia in collationibus parum. Hoc autem modo continentia habet aliquid de ratione virtutis, in quantum scilicet ratio firmata est contra passiones, ne ab eis deducatur: non tamen attingit ad perfectam rationem virtutis moralis, secundum quam etiam appetitus sensitius subditur rationi sic, ut in eo non insurgant vehementes passiones rationi contrariae. Et ideo Philosophus dicit in 4. Ethic. \* quod continentia non est virtus, sed qualitas mixta, in quantum scilicet habet aliquid de virtute, & in aliquo deficit à virtute. Largius tamen accipiendo nomen virtutis pro quolibet principio laudabilem operum, possumus dicere continentiam esse virutem.

Ad primum ergo dicendum, quod Philosophus continentiam conuidit virtuti, quantum ad hoc, in quo deficit à virtute.

Ad secundum dicendum, quod homo propriè est id quod est secundum rationem. Et ideo ex hoc dicitur alquis in seipso se tenere, quod tenet se in eo quod conuenit rationi. Quod autem pertinet ad per-

V 4 uersia

q. 152.  
ar. 3.

per totū,  
to. 5.

c. vlt. s. 5

312 QVÆST. CLV. ART. I.  
uersitatem rationis, non est conueniens rationi. Unde  
ille solus verè continens dicitur, qui tenet se in eo  
quod est secundum rationem rectam, non autem in  
eo quod est secundum rationem peruersam. Rationi  
autem recta opponuntur concupiscentiæ pravae sicut  
& rationi peruersæ opponuntur cōcupiscentiæ bonæ.  
Et ideo propriè & verè continens est, qui persistit in  
ratione recta, abstinentia à concupiscentijs prauis: non  
autem qui persistit in ratione peruersa, abstinentia  
concupiscentijs bonis. Sed hic magis potest dici ob-  
stinatus in malo.

Ad tertium dicendum, quod gloss. ibi loquitur de  
continentia secundum primum modum, secundum  
quem continentia nominat quamdam virtutem per-  
fectam, que non solum abstinet ab illicitis bonis, sed  
etiam à quibusdam llicitis minus bonis: ut totaliter  
intendatur perfectioribus bonis.

### ARTIC. II.

*Virum] materia continentia sint concupiscentiæ dilec-  
tationum tactus?*

755

*c. 46. in lectationum tactus.* Dicit enim Ambros. in primo de  
*prin. 10. 1* Offic. \* quod generale decorum ita est ac si equi-  
bilem formam atque vniuersitatē honestatis habere  
in omni actu suo continentem. Sed non omnis actus  
humanus pertinet ad delectationes tactus. Ergo con-  
tinentia non est solum circa concupiscentias delecta-  
tionum tactus.

*¶ 2 Præterea, Nomen continentiae ex hoc sumi-  
tur, quod aliquis tenet se in bono rationis recta, sicut  
dictum est\*. Sed quædam aliae passiones venientia-  
tius abducunt hominem à ratione recta, quia con-  
cupiscentiæ delectabilium tactus: sicut timor pericu-  
lorum mortis, qui stupefacit hominem; & ira, qzæ est  
infanctæ similis, ut Seneca dicit\*. Ergo continentia  
non dicitur propriè circa concupiscentias delecta-  
tionum tactus.*

¶ 3 Præ-

*art. præc.*

*lib. 1. de  
ira, c. 10*